

(X1877332)

II K  
305

Q. D. B. V.

FACULTATIS JURIDICÆ

p. t.

# DECANUS GODOFREDUS

Strauß/

Phil. & J. U. D. Pandect. Prof. Publ.

Potentiss. Elector. Saxon. & Sereniss. Princip.


Anhaltin. Servestan. Consiliarius &c.

Lecturis

*Salutem plurimam dicit!*

---

WITTENBERGÆ, Typis MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.  
ANNO MDCCLXXXIII.





## JESU JUVA!



Agnam olim eamque indigestam planè Juris Romani molem fuisse, Annales veteres disertè loqvuntur. Hinc Leges 12. Tabul. illinc Senatus Consulta benè multa: Hinc Plebiscitorum non exiguus numerus, illinc Prætorum Edicta certatim promulgata: Hinc variæ variorum Imperatorum Constitutiones ac Rescripta: Illinc innumera JCtorum Responsa, qvæ in duo Librorum millia & tricies millia versuum excreverant studentium animos admodum distrahebant. Qvæ res fecit, ut jam suo tempore ad Jus Civile contrahendum & in ordinem redigendum meditati fuerint Cicero & Pompejus magnus; sed defecit conatum successus. Et qvamvis ex immensa ista, diffusâqve Legum copiâ optima qvæqve & necessaria in paucissimos conferre libros teste Svetonio in Jul. cap. 44. proposuerit sibi Cæsar; bello tamen impeditus perficere haud potuit. Supervenit ergo tandem D. Justiniani Imperatoris Christiani & verè Orthodoxi cura, cuius jussu Viri juris peritissimi ac prudentissimi immensa legum ac JCtorum veterum Volumina compilarunt, ac inutilibus obsoletisqve rejectis reliqua adhuc Reipubl. profutura certis libris comprehendenderunt qvos deinceps Justinianus omnibus imperio subjectis populis promulgavit, immortali inde reportatâ gloriâ. Sed qvæ rerum humarum vicissitudo est, non diu admodum Justinianei Juris per-

perduravit autoritas. Ipsò etenim mortuò quadraginta  
vix annis præterlapsi evanuit illud quasi ac ferè desit. Si-  
ve ex incuria quādam Imperatores in Imperio succedentes  
usu pedetentim istud in umbrari permiserint, sive famæ e-  
jusdem Justiniani miserè invidentes studio istud suppres-  
serint. Nam uti Poëta habet:

-- -- Stimulos dedit æmula virtus,  
Nec quemquam jam ferre potest Cæsarve priorem  
Pompejusve parem.

Ac tum quidem per aliquot spatiū seculorum tenebris  
quasi oppressa universa Justiniani nomothesia eluctari se-  
rius in lucem cœpit. Interea temporis maximè à Caroli-  
nis temporibus usq; ad tertium decimum seculum non  
tam ex scripto, quam receptis moribus jus in Germaniæ  
judiciis dictum oppidò deprehendimus. Carolum qui-  
dem Magnum pro genio cuiusq; provinciæ in Germania  
certas conscriptas promulgasse leges, eumq; insecuros  
Cæsares, Reges, Principes ac Status Imperii istas recepisse  
ac confirmasse Christophorus Lehmannus in Chronic.  
Spirens. Lib. 4. c. 21. pag. m. 337. Lit. C. auctor est. Id qvod  
de Otthoni quarto Imperatore ad annum M. CCIX. re-  
fert Godefridus Monachus Annal. dict. ann. his conceptis  
verbis: *Rex primò, deinde reliqui Principes jurant firmam  
pacem terraq; mariq; conservandum, omnes injustas ex-  
actiones vectigalium deponendas, omnia etiam jura à Carolo  
Magno instituta observanda & tenenda.* Interim tunctem-  
poris omnem fermè vetustiorem consuetudinem Carolo  
auctori adscriptam, multa quoq; alia ex illo tempore à  
populo libertatis avido & per commercia jam insolente  
illi abtributa fuisse, Hermannus Conringius in per elegan-  
ti Libro de Orig. Jur. German. Cap. 25. pag. m. 152. rectè  
animadvertisit. Sicut verò dicto tertio decimo seculo Jus

: ( 2

Pon-

Pontificium in Germaniâ promulgatum tum qvoqve Leges aliæ germanicè scribi cœperunt: Ita successu temporis Justiniane jura promicuère iterum ac paulatim in Germaniæ etiam orbe invaluerunt. Qvo vetò id tempore factum fuerit nondum decisa lis inter eos est, qvi illius ævi res gestas monumentis mandaverunt. Nonnulli enim Justinianas Leges à Lothario Cæsare in Germaniam fuisse traductas autumant. Cui qvidem opinioni adhæsse videtur Georgius Schulzius in prolegomen. Synops. Institut. quando ita tradit: *Tandem Lotharii Saxonis temporibus Anno Christi 1137. Irnerius JCtus* (qvi ut putatur & Authenticas Codici Justiniano ex Novellis inspersit) singulari Dei prvidentiâ atq; beneficio libros Legum Romanarum eversâ Melfitanâ civitate Apuliae, in Bibliothecâ à Pisanis, reperito e vulgavit atq; ita authoritate Lotharii Saxonis jura Justiniana Occidenti, qvâsi postliminiò restituit: qvibus ad hoc usq; tempus in Sacro Imperio Roman. Germanico utimur. Sed istam sententiam rationibus non spernendis tentat, ac confutat Hermannus Conringius citat. ante loc. cap. 24. Alii Friderico I. ejusdem juris revocationem ac confirmationem tribuunt, illo potissimum ducti argumento, qvod ejusdem Constitutio de privileg. Scholarium Titulo Cod. Ne fil. pro patr. reperiatur subjecta. Nam id indicio esse indubitatò sanctiones in Justiniano Codice contentas jam illius Imperatoris tempore vigorem obtinuisse. Verum qvamvis lubens concessero Fridericum istum constitutio-nes promulgasse benè multas; tamen ipsum totam Justiniani nomothesiam, uti hodiè habemus nitori suo restituisse & authoritate publicâ roborasse minimè gentium inde conficitur, tempore præprimis, quando collocatio istius Avthent. sit facta, adhuc incertò. Tutissimum erit tenere jura Romana sensim primum in Academias fuisse

re-



recepta & abhinc in ipsa Judicia Germaniae penetrasse.  
Qvod qvidem circa seculum decimum quintum factum  
fuisse idem Conringius cit. l. cap. 32. præsumptionibus sat  
evidentibus evincit. Neque vero quis diffitebitur facile,  
expresso deinceps consensu in Imperio nostro jus istud  
fuisse approbatum. Qvam in rem sanctiones ejusdem  
benè multæ de anno 1495. item 1500. 1555. & 1577. ubi com-  
muniū Cæsareorum jurium, qvibus procul dubio jura  
nostra Romana intelliguntur, mentio injicitur, possent  
in medium proferri, si chartæ angustia intra qvam nos  
coarctatos sentimus permitteret & labore hoc aliunde non  
sublevaremur. Ista enim omnia & qvæ fata Justiniani  
scripta Jura ipso mortuo fuerint experta, & qvomodo  
hæc iterum in Academias & fora Germaniae fuerint admis-  
sa & confirmata oratione solenni prolixius exponet Can-  
didatus noster Clarissimus JOHANNES PAULUS  
SCHRÖTERUS, cujus gratiâ cum Scriptionem hanc  
suscepimus qvædam de ortu, educatione & studiorum e-  
jusdem progressu more solito ex hoc loco monenda sunt.  
Natus ipse Torgaviæ non procul hinc sitæ. Patrem habuit  
Virum Amplissimum, Nobiliss. ac Experientissimum Dn.  
PAULUM SCHRÖTERUM, Medicinæ Licentiatum &  
Practicum felicissimum ac per celebrem, Physicum quo-  
que deinceps istius Civitatis Ordinarium & Consulem opti-  
mè meritum, qvatuor abhinc annis beatè defunctum A-  
vum & reliquos Majores antiquitate generis & singulari  
dignitate gloriâque conspicuos. Eqibüs Abavus Doctor  
JOHANNES SCHRÖTERUS non prætereundus est, qvî  
primū Viennæ Austriorum Prof. PUBL. & MAXIMILIANI  
II. eo tempore Bohemorum Regis Archiater ab Electore  
Saxoniæ JOHANNE FRIDERICO, bēatissimæ memoriæ,  
Professor dehinc Medicinæ, Academiæ Jenensi, constitutus

fuit. In eo etiam articulo felix deprædicandus, qvod post obitum beatiss. laudati JOHANNIS FRIDERICI, à Successoribus Principibus privilegiorum Academ. impetrando- rum causâ ad aulam Cæsaream amissus, eadem impetravit, secum attulit, & ideo primus Academiæ istius Rector de-signatus, novies deinceps munus istud summum obiit. Mater Clarissima ac lectissima Fœmina ELISABETHA, M. CHRISTIANI MEISNERI, Ephoriæ Torgaviens. Adjuncti & Ecclesiæ ejusdem Archidiaconi filia vidua jam, adhuc superstes agit. Utterque Parens in edūcando parvulo admodum sollicitus eundem fingendum formandumqve privatorum curæ Præceptorum com-miserunt. Grandior paulò Scholæ Patriæ traditus pro ingenii, qvâ fuit felicitate mirificè ac celeriter pro-fecit. Sicut verò Præceptorum omnium istius ludi dili-gentiam egregiam gratâ adhuc agnoscit mente: ita impri-mis Clarissimi Viri Dn. Mag. Jacobi Reichmanni, Scholæ Rectoris sinceram institutionem ac indefessum laborem deprædicare habet. Græcè pariter ac latinè doctus, hau-stis quoqve Logicæ ac Rheticæ initiis dignus & Patri tum temporis adhuc viventi & Præceptoribus visus fuit, qvi ad Academiam ablegaretur. Ante qvinquennium ergo & qvod excurrit huc venit, & Viri Praeclariss. Dn. M. Friderici Christiani Bucheri, tunc temporis Facultatis Philosoph. Adjuncti, nunc Gymnasii Gedanensis Professoris publici, privatæ institutioni commendatus, utriqve Philosophiæ operam obstinatè dedit. Tunc verò Practicam, scopo suo potissimum inservientem exactius perlustraturus du-cem ac Præceptorem sibi dispexit Virum Amplissimum ac Excellentiss. Dn. Christianum Röhrensee / Phil. Moral. Prof. Publ. hic loci admodum celebrem, Affinem, Colle-gam ac Compatrem nostrum colendiissimum. Cujus in uni-



universa Philosophia Practicâ Collegiis cum lectoriis, qvæ  
vocant, tum Disputatoriis omni contentione adfuit. Nam &  
cum intra privatos parietes laudatus Dn. Röhrensee/Gvi-  
lielmi Grotii Enchiridion de Princip. Jur. natural. &c. expli-  
caret, pronis auribus doctrinam præcipientis hausit, ac so-  
lerti mente custodivit. Tum deinde totum se Jurispruden-  
tiæ mancipavit. Qyoniam verò longinquum, ac impe-  
ditum ad ipsam esse iter scissumq; in diverticula varia  
secum cogitabat, primo quidem Consultissimum Virum  
Dn. Joh. Carolum Nævium, J. U. D. & Consistorii Eccle-  
siastici Advocatum Ordinarium Institutiones Juris inter-  
pretantem audivit; postea verò Consultissimi pariter Viri  
Dn. Christiani Augusti Pompeji, J. U. D. institutionem  
expetens, ab eodem ut Magnif. Dn. Struyii Exercitationes  
ad Pandectas sibi soli fideli operâ exponeret, impetravit  
Noster. Cui operi cum Institut. & Cod. tituli simul fue-  
rint adjuncti Novellis quoque collatis per totum quidem  
biennium iste se extendit labor; sed fructu Nostri egregio.  
Atque hinc potissimum legalis suæ scientiæ apparatus ei-  
dem Dn. Pompejo se debere, ingenuè Candidatus noster  
confitetur. Qvamvis & partem hic facere Antecessores  
in Academiâ Viros Magnif. Nobilissimos & Consuetiss.  
Dnn. Fautores, Affines, Collegas, Compatres & Amicos  
honoratissimos nostros, gratâ celebret mente, ac eorun-  
dem promeritam laudem oblivione in umbrari, nunquam  
temerè sit permisurus. Et vero Rectori nunc Magnif. Dn.  
Wernerio Theodoro Martini, D. Augusti Electoris Consti-  
tutiones: Dn. D. Caspari Ziglero, Facult. nostræ Ordinario  
venerando Joachimi Stephani Institutiones Juris Canon.  
privatum, publicè verò quosdam Decretal. Titulos: Dn.  
Wilhelmo Lysero, Caroli Quarti Bullam auream publicè:  
beato

*REPROBIS*  
beato Dn. Nergero Jus feudale ac demum mihi privatā o-  
pera Titul. de Regul. Jur. nec non Ordinationem Judiciariā  
Saxonicam D. Johannis Georgii I. exponentibus assiduum  
se præbuit auditorem. Disputationes quoque publicas de-  
fendit duas alteram cuius Rubrum Lanx Satura fuit mense  
Aprilis Anno M DC. LXXXII. Præside Magnif. Dn. Ordina-  
rio nostro : De Arresto Saxonico alteram sub prælaudati  
Rectoris Magnif. Præsidio. Studiorum igitur suorum fiduci-  
am habens Noster petiit non ita pridem reverenter à Col-  
legio nostro , ut in Candidatorum numerum cooptaretur  
Non difficulter istud admisit Nostrum : quippe cujus eru-  
ditio legalis ipsi satis jam erat spectata. Tum verò pri-  
mū subiit examen inqve eodem ad quæstiones proposi-  
tas tam expeditè respondit, ut scientiam ætatem superare  
& ulterioribus Speciminibus locum faciendum esse, Col-  
legæ Magnif. ac Nobilissimi unanimiter mecum judica-  
rent, Sequenti ergo die Martis, DEO dante in Auditorio  
Juridico horâ IX. matut. cathedram concendet & de me-  
morato supra themate brevi perorabit: à meridie deinceps  
ab horâ III. L. Certum est 22. C. de R. Vind. lectione itidem  
publicâ in eodem loco more recepto recitaturus. Cui  
Panegyri solenni ut Rector Magnificus, Patres Academiæ  
Conscripti & reliqui Jurisprudentiæ, Fautores nec non  
Cives graventur etiam atque etiam rogo atque contendō,  
P. P. Sub Sigillo Jurid. Facultat. Dominicâ XVIII,

post Festum Trinit. die 7. Octobr. Anno

M DC. LXXXIII.

107

108





SU JUVA!

nam olim eamque indigestam pla-  
Juris Romani molem fuisse, Anna-  
veteres disertè loqvuntur. Hinc  
ges 12. Tabul. illinc Senatus Con-  
ta benè multa: Hinc Plebiscitorum  
n exiguus numerus, illinc Præto-  
ri Edicta certatim promulgata:  
imperatorum Constitutiones ac Re-  
a JCtorum Responsa, qvæ in duo  
ies millia versuum excreverant stu-  
dium distrahebant. Qvæ res fecit,  
us Civile contrahendum & in ordi-  
ditati fuerint Cicero & Pompejus  
onatum successus. Et qvamvis ex  
ve Legum copiâ' optima qvæque &  
ios conferre libros teste Svetonio  
erit sibi Cæsar; bello tamen impe-  
tuit. Supervenit ergo tandem D.  
Christiani & verè Orthodoxi cura,  
itissimi ac prudentissimi immensa  
erum Volumina compilarunt, ac  
rejectis reliqua adhuc Reipubl. pro-  
prehenderunt qvos deinceps Justi-  
cio subjectis populis promulgavit,  
atâ gloriâ. Sed qvæ rerum huma-  
on diu admodum Justinianei Juris  
per-